



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque
obeundi**

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

IV. Exempla Sanctorum jucundè colloquentium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50863)

IV. Exempla Sanctorum
jucundè colloquentium.

Sermo vester, monet S. Paulus ad Coloss.
4. semper in gratia sale sit conditus.
Idest non sit insulsus & insipidus, sed sa-
pidus & gratiosus, jucundè prudens, &
prudenter jucundus. Magister hac in ar-
te excelluit Christus Dominus: quàm a-
mœnais, quàm sancta & divina colloquia
cum Matre sua beatissima, & S. Josepho
in Nazareth miscuerit? quàm multa &
admiranda eis revelaverit? quàm ineffa-
bili sermonis dulcedine eos recreaverit?
quàm amabili divinae charitatis flammâ
eos succenderit? Magistrum hunc imitati
sancti Discipuli. S. Antonius Abbas ma-
ximè gratiosus erat in colloquiis, ut re-
fert Nicephorus: l. 8. c. 40. S. Basilius
erat in cœtibus jucundus, festivus in nar-
rando, argutus in jocando, ut scribit S.
Gregorius Naziansenus Orat. 20. n. 95.
De Thoma Moro testatur vitæ Scriptor
Thomas Stapletonus: ut vir erat pruden-
tiâ suavis, moribus severus, consilio al-
tus; ita quoque erat in vitæ conversatio-
ne mirè suavis, lepidus & facetus. S. Igna-
tius

tius

472 HOROLOGIUM
vini Lojola, ut narrat Maffeius l. 3. ult.
c. 12. Remissionis causâ de rebus haud ita
sevis, mo' estisve sermones habebat iucun-
dos. Similiter S. Martinus Ep. & alii com-
plures. Hos imitari conare.

V. Quinque Fontes dulcedinis & iu-
cunditatis in colloquiis adhibendi.

NUnquid fons de eodem foramine ema-
nat dulcem & amarâ aquam, quarit
S. Iacobus Ep. c. 4. ? In ore hominis id pro
dolor! crebrò nimis accidit, dum jam dul-
cia, Deo, proximoq; grata, iam amara &
ingrata depromit. Id verò ne tibi contin-
gat aperi sequentes fontes dulcedinis, a-
maritudinis claudere.

I. Tractatio rerum spiritualium de cœ-
lò, & cœlestibus; de vita Christi & San-
ctorum dulcis est; non quidem mundanis,
instar febricitantium, palatum infectum
habentibus, quibus hoc mel, amarum vi-
detur absynthium; sed Sacerdotibus piis
& Religiosis, qui gustarunt, quàm suavis
sit Dominus De dilectis dulce loqui.

II. Varietas delectat, & rerum, & per-
sonarum quibuscum sermocinamur: Hinc

ne